Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

P.Terentij sex:|| quae extant: Comoediae. An=||dria. Eunuch[us]. Heautontimo=||rumenos. Adelphi. Ecyra.|| Phormio.|| ... [qui]=||b[us] erudita Philippi Melę Brettani p̃posita est epi||stola ... || ...

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

Actvs secvndvs

urn:nbn:de:bsz:31-114211

Visual Library

Et is hodie uenturum ad me conſtituit domum.
Concedam hinc intro, atq; expectabo dum ueniat.

ACTVS SECVNDVS.

PHAEDRIA. PARMENO.

¶Octonarii, Senarii, & Septenarii, partim Trochaici.

Ac ita ut iuſſi, deducãt iſti. Par. Faciã. Ph. At diligẽter. P.
Fiet. Ph. at mature. Pa. fiet. Ph. Satin hoc mandatum'ſt
Ah rogitare quaſi difficile ſit. utinam (tibi? Par.
Tam aliquid inuenire facile poſſis Phædria,
Quã hoc peribit. Phæ. Ego quoq; una pereo, qđ mihi eſt carius.
Ne iſtuc tam iniquo patiare animo. Par. Minime, quin
Effectum dabo, ſed nunquid aliud imperas? Phæ.
Munus noſtrũ ornato uerbis quoad poteris, &
Illum æmulum quoad poteris ab eo pellito. Par.
Memini, tametſi nullus moneas. Phæ. Ego rus ibo. Atq; ibi manebo. Par. (firmare &
Cẽſeo. Phæ. Sed heus tu. Par. Quid uis? Phæ. Cenſen poſſe me ob-
Perpeti ne redeam interea? Par. Te ne? non hercle arbitror.
Nam aut iam reuertere, aut mox noctu te adigẽt horſum inſom-
Opus faciã ut defatiger uſq;, ĩgratus ut dormiã. Par. (nia. Phæ.
Vigilabis laſſus, hoc plus facies. Phæ. abi ſis, nihil dicis Parmeno.
Eiicunda hercle hæc eſt mollicies animi, nimis mihi indulgeo.
Tandẽ non ego illa caream, ſi ſit opus, uel totũ triduũ? Par. Hui
Vniuerſum triduum? uide quid agas. Phæ. Stat ſententia. Par.
Dii boni quid hoc morbi eſt? adeon homines immutarier
Ex amore, ut non cognoſcas eundem eſſe? hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis ſeuerus quiſq̃, nec magis continens.

Sed quis hic eſt qui huc pergit? at at, hic quidē eſt Paraſitꝰ Gnato
Militis, ducit ſecum una uirginem huic dono, pape
Facie honeſta. mirum, ni ego me turpiter hodie hic dabo
Cum meo decrepito hoc Eunucho. hæc ſuperat ipſam Thaidem.

GNATO. PARASITVS PARMENO.

¶ Octonarii, Septenarii, ac Senarii Trochaici.

II immortales, homini hō qd pſtat? ſtulto intellegēs 29
d Quid intereſt? hoc adeo ex hac re uenit ī mentē mihi.
Cōueni hodie aduenićs quēdā mei loci hic atq; ordinis
Hominē haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona.
Video ſentum, ſquallidum, ægrum, pannis annisq; obſitum.
Quid iſtuc ornatiſt inq? quoniam miſer qđ habui perdidi. hem
Quo redactus ſum? omnes noti me atq; amici deſerunt.
Hic ego illum cōtempſi præ me, qd homo inq ignauiſſime?
Itan paraſti te, ut ſpes nulla reliqua in te eſſet tibi?
Simul conſilium cum re amiſiſti. uiden me ex eodē ortum loco,
Qui color? nitor? ueſtitus? quæ habitudo eſt corporis?
Omia habeo, neq; quicq habeo. nihil cū eſt, nihil deſit tamen.
At ego infœlix, neq; ridiculus eſſe, neq; plagas pati
Poſſum, quid tu his rebus credis fieri? TOTA erras uia.
Olim iſti fuit generi quondam quæſtus apud ſæclum prius.
Hoc nouum eſt aucupium. ego adeo hanc primus inueni uiam.
Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium uolunt,
Nec ſunt, hos conſector, hiſce ego non paro me ut rideant,
Sed his ultro arrideo, & eorum ingenia admiror ſimul.
Quicquid dicunt, laudo. id rurſum ſi negant, laudo id quoq;.
Negat quis, nego. ait, aio. poſtremo imperaui egomet mihi

Omnia adſentari. is quæſtus nunc eſt multo uberrimus. Par.
Scitũ hercle hoĩem, hic hoĩes prorſus ex ſtultis inſanos facit. Gn.
Dum hæc loquimur, interea loci ad macellũ ubi aduenimus,
Concurrunt læti mihi obuiam, Cupedinarii, Cetarii, Lanii,
Coqui, Fartores, Piſcatores, Aucupes.
Quibus & re ſalua & perdita profueram, & proſum ſæpe.
Salutant, ad cœnam uocant, aduentum gratulantur,
Ille ubi miſer famelicus uidet me eſſe in tanto honore,
Et tam facile uictum quærere, ibi homo cœpit me obſecrare,
Vt ſibi liceret diſcere id de me. Sectari iuſſi, ſi potis eſt.
Tanquam philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis
Vocabula, Paraſiti ita Gnatonici uocentur. Par.
Viden ocium & cibus quid faciat alienus? Gn. Sed ego ceſſo
Ad Thaidem hanc deducere, & rogitare ad cœnam ut ueniat.
Sed Parmenonem ante oſtium Thaidis triſtem uideo
Riualis ſeruum. SALVA res eſt, nimirũ hic homines frigent.
Nebulonem hũc certum eſt ludere. Par. Iſce hoc munere arbitrãt
Suam Thaidem eſſe. Gn. plurima ſalute Parmenonem,
Summũ ſuũ impertit Gnato, quid agitur? Par, Stat. Gn, Video,
Numquid nam hic quod nolis uides? Par. Te. Gn. Credo. at nun
quid aliud? Par. Qui uidetur
Quid tum? Gn. Quia triſtis es. Pa. Nihil equidem. Gn. Neſis, ſed
Hoc tibi mancipium. Par. Non malum hercle. Gna. Vro hominẽ.
Par. Vt falſus. Gna.
Quã hoc munus gratũ Thaidi arbitrare eſſe? Par. hoc nunc dicis
Eiectos hinc nos. OMNIVM Rerum heus uiciſſitudo eſt. Gn.
Sex ego te totos Permeno hos menſes quietum reddam,

Ne ſurſum, deorſum curſites, neue uſq; ad lucem uigiles.
Ecquid beo te? Par. me ne? pape. Gna. ſic ſoleo amicos. Pa. laudo.
Gna. Detineo te, fortaſſe tu profectus alio fueras. Par.
Nuſq̃. Gna. tum tu igitur paulum da mihi operæ. fac ut admittar
Ad illam. P. age modo, nũc tibi patét fores hæ, q̃a iſtã ducis. Gna.
Num quenq̃ euocari hinc uis foras? Pa. Sine biduũ hoc p̃tereat.
Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus,
Næ tu iſtas faxo calcibus ſæpe inſultabis fruſtra. Gna.
Etiam tu hic ſtas Parmeno? eho num nam tu hic relictus cuſtos,
Ne quis forte internuntius clam a milite ad iſtam curſitet? Pa.
Facete dictum, mira uero militi quæ placeant.
Sed uideo hærilem filium minorem huc aduenire,
Miror quid ex Pyreo abierit. nam ibi cuſtos publice eſt. nunc
Non temere eſt, & properans uenit, neſcio quid circũſpectat.

CHAEREA ADVLESCENS. PARMENO.

¶ Octonarii, & Senarii Trochaici, & primus Moneme ter catalecticus.

O Ccidi, Neq; uirgo eſt uſq̃, neq; ego qui illam e conſpectu amiſi meo.
Vbi quæram? ubi inueſtigẽ? quẽ percontet? quã inſiſtam (uia
Incertus ſum. una hæc ſpes eſt, ubi ubi eſt, diu celari non poteſt.
O faciem pulchram. deleo omnes dehinc ex animo mulieres,
Tædet harum cotidianarum formarum. Par. Ecce autem alterũ.
Neſcio quid de amore loquitur, o infortunatum ſenem.
Hic uero eſt, qui ſi occœperit amare, ludum, iocumq;
Dices fuiſſe illum alterum, prout huius rabies quæ dabit. Ch.
Vt illum dii deæq; ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt.

Meꝫ adeo qui reſtiterim . tum aũt qui illũ non flocciſecerim.
Sed eccũ Parmenonem , ſalue.Par.qd tu es triſtis,qd ue es alacris?
Vnde is?Chæ.Ego neſcio hercle,neꝫ unde eam,neꝫ quorſum
Eam , ita prorſus oblitus ſum mei.Par. (qui uir ſies.
Qui quæſo ? Chæ.Amo.Par.Hem.Chæ. Nũc te Parmeno oſtẽdes
Scis te mihi ſæpe pollicitum eſſe , Chærea aliquid inueni
Modo quod ames,in ea re utilitatẽ ego faciã ut cognoſcas meam,
Cum in cellulam ad te patris penũ oẽm congerebã clanculũ.Par.
Age inepte.Chæ.Hoc hercle factũſt.faxis nũc ꝓmiſſa appareãt.Par.
Si adeo digna res eſt, ubi tu neruos intendas tuos. Chæ.
Haud ſimilis uirgoſt uirginũ noſtrarũ , quas matres ſtudent
Demiſſis humeris eſſe , uincto pectore , ut graciles ſient.
Si qua eſt habitior paulo , pugilem eſſe aiunt , deducunt cibum,
Tametſi bonaſt natura , reddunt curatura iunceas.
Itaqꝫ ergo amantur. Par. Quid tua iſtæc ? Chæ. Noua figura oris.
Par.Pape.Chæ.
Color uerus , corpus ſolidũ & ſucci plenũ.Par.Anni?Chæ.anni ſe
Flos ipſe,hãc tu mihi, uel ui,uel clã,uel precario (decim.Par.
Fac tradas . mea nihil refert , dum potiar modo.Par.
Quid ? uirgo cuiaſt ? Chæ.Neſcio hercle.Par.Vndeſt?Chæ.Tantũ
dem.Par.Vbi habitat ? Ch.
Ne id quidem.Par.Vbi uidiſti ?Chæ.In uia.Par.Qua rõne amiſti?
Adueniẽs mecũ ſtomachabar modo. neꝫ (Chæ . id equidem
Quenq̃ ego eſſe hominem arbitror , cui magis bonæ
Fœlicitates omnes aduerſæ ſient.Par.
Quid hoc eſt ſceleris ? Ch.Perii.Par.qd factumſt ? Chæ.rogas?
Patris cognatam atqꝫ æqualem Archimenidem

Noſtin? Pa. qdni? Ch. Is, dum ſequor hanc, fit mihi obuiã. Par.
Incommode hercle. Ch. Immo enimuero infœliciter.
Nam incommoda alia ſunt dicenda Parmeno.
Illum liquet mihi deierare, his menſibus
Sex uel ſeptem prorſum non uidiſſe proximis,
Niſi nunc cum minime uellem, minimeq; opus fuit.
Eho, nonne hoc monſtri ſimileſt? quid ais? Par. Maxume. Ch.
Continuo adcurrit ad me q̃ longe quidem,
Incuruus, tremulus, labiis demiſſis, gemens.
Heus heus dico tibi Chærea inquit, reſtiti.
Scin quid ego te uolebam? dic. cras eſt mihi
Iudicium. quid tum? ut diligenter nunties
Patri, aduocatus mane mihi eſſe ut meminerit.
Dum hæc dicit, abiit hora. rogo nunquid uelit?
Recte inquit, abeo. cum huc reſpicio ad uirginem
Illa ſeſe interea commodum huc aduorterat
In hanc noſtram plateam. Par. Mirũ, ni hanc dicit, modo
Huic quæ dataſt dono. Ch. hũc cum aduenio nulla erat. Par.
Comites ſecuti ſcilicet ſunt uirginem? Ch.
Verum, paraſitus cum ancilla. Par. Ipſaſt ſcilicet.
Deſine iam, conclamatumſt. Ch. Alias res agis. Par.
Iſtuc ago quidem. Ch. Noſtin quæ ſit, dic mihi, aut
Vidiſtin? Par. Vidi, noui, ſcio quo abducta ſit. Ch.
O Parmeno mi noſtin? Par. noui. Ch. Et ſcis ubi ſiet? Par.
Huc deductaſt ad meretricem Thaidem, & dono dataſt. Ch.
Quis eſt tam potens cum tanto munere hoc? Par. Miles Thraſo
Phædriæ riualis. Ch Duras fratris partes prædicas. Par.

Immo enim, ſi ſcias quod donum huic dono contra comparet,
Tum magis id dicas. Chæ. Quodnam quæſo hercle. Par.
Eunuchum. Chæ. Illum ne obſecro
Inhoneſtum hoīem, quē mercatus eſt heri, ſenem, mulierem? Par.
Iſtunc ipſum. Chæ. Homo quatietur certe cum dono foras.
Sed iſtam Thaidē non ſciui nobis uicinam. Par. haud diuſt. Ch.
Perii, nunq̄ memini etiam me illam uidiſſe, ehodum dic mihi,
Eſt ne ut fertur forma? Par. ſane. Chæ. At nihil ad noſtram
hanc. Par. Alia res eſt. Chæ.
Obſecro hercle Parmeno fac ut potiar. Par. Faciam ſedulo, ac
Dabo operam, adiuuabo, nunquid me aliud uis? Chæ. Quo
nunc is? Par. domum,
Vt mancipia hæc: ita ut iuſſit frater: deducā ad Thaidem. Ch.
O fortunatum iſtū Eunuchum, qui quidē in hāc detur domū. Par.
Quid ita? Ch. rogitas? ſumma forma ſemper conſeruam domi
Videbit, colloquetur, aderit una in unis ædibus,
Cibum nonunq̄ capiet cum ea, interdū propter dormiet. Par.
Quid ſi nunc tute fortunatus fias? Ch. Qua re Parmeno?
Rn̄de. Pa. capias tu illius ueſtē. Ch. ueſtem? quid tū poſtea? Pa.
Pro illo te ducā. Ch. audio. P. te eſſe illum dicam. Ch. intellego. P.
Tum illis fruare commodis, quibus tu illum dicebas modo.
Cibum una capias, adſis, tangas, ludas, propter dormias.
Quandoquidem illarum, neq; te quiſq̄ nouit, neq; ſcit qui ſies.
Præterea forma & ætas ipſaſt, facile ut pro Eunucho probes. Ch.
Dixi pulchre. nunq̄ uidi melius conſilium dari.
Age eamus intro, nūc iam orna me, adduc q̄tum potes. Par.
Quid ais? iocabar eqdem. C. Garris. Par. perii, q̄d ego egi miſer?
Quo trudis? perculeris iam tu me: tibi equidem dico mane. Ch.

Eamus. Pa. pergin? Ch. certumſt. Pa. uide ne nimium callidum
hoc ſit modo,
Ch. Non eſt profecto, ſine. Pa. At em̄ in me iſtæc cudetur faba, ah
Flagitium, facinus. Ch. an id flagitiumſt, ſi in domum meretriciā
Deducar, & illis crucibus, quæ nos, noſtramq; adoleſcentiam
Habent diſpicatam, & quæ nos ſemper omnibus cruciant modis,
Nunc referam gratiā, atq; eas itidem fallam, ut ab illis fallimur?
An potius hæc patiar ah æquum eſt fieri, ut a me ludantur dolis.
Quod qui reſcierint, nulli culpent. Illd̄ merito factū oēs putēt. Pa.
Quid iſtic? ſi certumſt facere, facias, Verū ne poſt cōferas culpā in
Me, Ch. nō faciā. Pa. iubes ne? Ch. iubeo, immo cogo atq; impero.
Pa. Nunq̄ tuā fugiā authoritatem, ſequere. Ch. Dii uortant bene.

ACTVS TERTIVS.

THRASO MILES. GNATO. PARMENO.

¶ Senarii, & Septenarii nonnulli.

Agnas uero agere gratias Thais mihi? Gn.
Ingentes. Th. ain tu lætaſt? Gn. non tam ipſo quidem
Dono, q̄ abs te datum eſſe, id uero ſerio
Triumphat. Pa. hoc prouiſo ut ubi tempus ſiet,
Deducam, ſed eccum militem. Th. eſt mihi iſtuc datum
Profecto, ut grata ſint (quæ facio) omnia. Gn.
Aduorti hercle animum. Th. uel rex ſemper maximas
Mihi agebat quicquid feceram, aliis non item. Gn.
Labore alieno magnam partam gloriam,
Verbis ſæpe in ſe tranſmouet, qui habet ſalem
Qui in te eſt. Th. habes. Gn. rex te ergo in oculis. Th. ſcilicet.
Gn. Geſtire. Th. uerum credere omnem exercitum, conſilia,
Gn. Mirum. Th. tum ſicubi eſt ſacietas